Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-89490-p0001-3

IV, 101.
2,15.
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-89490-p0002-8

24.

21

SACRA ΓΑΜΗΛΙΑ
PRO FELICISSIMIS NUPTIARUM AUSPICIIS
VIRI
*SUMME REVERENDI, MAGNIFICI, AMPLISSIMI, EXCELLENTISSIMI,*

# DN. D. ABRAHAM CALOVII,

Theologi de Univerſa Eccleſia Chriſti meritiſſimi, & adhuc per Dei Gratiam optimè merentis, ac Theologorum facile Principis, Profeſſoris itidem in Academia Wittebergenſi Primarii Celebratiſſimi, Paſtoris ibidem & Superintendentis Generalis Vigilantiſſimi, Conſiſtorii Eccleſiaſtici Aſſeſſoris Præcellentiſſimi, & ſuæ Facultatis p.t. Decani Spectatiſſimi,

*Domini Patroni, Promotoris, & in Chriſto Patris maximè Venerandi,*

ET VIRGINIS
*NOBILISSIMÆ PUDICISSIMÆQVE*

# CATHARINÆ ELISABETHÆ

VIRI
*NOBILISSIMI, EXPERIENTISSIMI*
B. DN. JOHANNIS NESTERIS,
Medic. D. Celeberrimi, & Sereniſſimi Electoris Saxoniæ antehac Archiatri vigilantiſſimi,
FILIÆ
*AD DIEM XIII. NOVEMBRIS*
Piis Votis atque precibus ardentiſſimis faciebant
*FAUTORES atq; CULTORES.*

---

*WITTEBERGÆ,*
Typis JOHANNIS BORCKARDI

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-89490-p0003-4

*Sic, Dilecta Soror, potuêre Cupidinis artes,*
*Et Veneris mentem vincere tela Tuam,*
*Prompta jugo ut ſocio velles Tua ſubdere colla,*
*Atq; lubens thalami fœdus inire novi.*
*Scilicet, infelix haud es ſic victa, triumpho*
*Nam Tibi felici rurſus ovare datur.*
*Non eſt dedecori, non hæc victoria; verùm*
*Sic vinci, laudes ampliat atque decus.*
*Caſtos, conjugii Deus auctor, comprobat ignes,*
*Aſt animi illicitas improbat ille faces.*
*Hic cunctâ à veſtris propulſet tædia Tædis,*
*Semper-felices ſuppeditetque dies.*

JOH. MATTHIAS NESTOR,
Phil. & Med. D. Seren. March.
Brandeb. Archiat.

---

NOn dolor eſt major, non eſt dolor ullus in Orbe,
Quàm cùm mors ſolvit corda ligata fide.
Et anima in geminô diviſa en! corpore ſemper:
Velle unum, & Nolle in corpore dividuô.

Διχοϑομία dolet! dolet! atque heu! viſcera vertit
Motibus adſiduis, ut cecidiſſe putes.
Jam quartum cecidit tenerum Cor Nectare Sanctô,
Quis putet? hunc etiam nunc ſupereſſe Virum.
Immenſos inter conatûs, totque labores,
Nec-non indomitas inſidias Zabuli.
Nulla quies Viduo, Sociam ſibi quærat Amicam
Legibu' divinis; nulla quies Viduo.
Una quies ambobus erit, velut una voluptas,
Inque Solo, inque Salo, Sidereoque Polo.
Vivat Neſtoreos annos cum Neſtoris amplâ
Filiolâ, CALOW, vivat in Orbe diu!

DANIEL VOITUS, Ph.& SS.Th.D.

---

ABrahamus Calovius Theologus incomparabilis,
Sponſus.
Catharina, Eliſabetha Neſtera, Sponſa.

*Per purum anagramma eliſis*
*aſpiratis h h h.*
*Æna ſalus, præſtansve vigor, bona cuncta calata,*
*Menſa ſit alma, probis vir ſoboles Sophiis!*

*Ita ex ex nominibus Neogamorum nobi-*
*liſſimorum vovet*

M. CHRISTIANUS PARNEMAN,
Paſt. & Superint. Jeſſen.

---

## *In Sponſam, Medici Filiam.*

C*Alovii* thalamo triſti cum morte frequenter
Lucta fuit. Medico hic opus eſt, qui ſiſtere contra

Qui-

Quique hoſtem ſuperare queat. Concurrite, quotquot
Hîc aliquid medicinæ & opis conferre poteſtis!
Fallor, an hoc propter Medici [ quis neſcit avitum
NESTERI nomen? ] thalamos pia gnata ſubintrat
*Calovii*, ut, ſi fortè manus conferre neceſſe eſt,
Hæc poſſit morti & morbis obſiſtere? Quondam
Filius, à Medico patre natus, creditus eſſe
Egregiè doctus medicæ artis. ( Quippe ſonora
Vox vulgi eſt, referuntque inter Proverbia nota:
*Sic ſtatuunt filî Medicorum.* ) Et filia quidni
A Medico Patre nata, artis credenda perita,
Quæ variis multisque modis ſuccurrere poſſit?
Ergo tuis thalamis ſolatia certa reſurgunt
Antiſtes. NESTERA baſis columenque ſenectæ,
Curarumque levamen adeſt. ( Tua pectora triſtes
Quæ nebulæ & curæ ſoleant arrodere, neſcit
Tityrus atque rudis Melibæus: ) Vivere longum
Te cupimus, medicasque manus Tibi, temporis hujus
Præſidio, ferimus, ſi quicquam poſſumus, omnes.
Et NESTERA TIBI ſe totam devovet ore.
Noſtraque felices has tædas vota precantur,
Ut meliora fluant poſthac & proſpera fata!

*Rever. Domino Gener. Superintendenti & Affini ſuo pl. venerando nuptiis iteratis*

*f.*

L. JODOCUS SLAFIUS, Paſt. & Superint. Seidæ.

---

*Poſt fletum riſum: poſt triſtia nubila Phœbum:*
*Jubila poſt leſſus: lætos poſt funera nuptus*
*Almipotens ſpondet cunctis fidentibus ipſi,*
*Et quod eis ſpondet, praſtat, celeberrime Sponſe,*
*Lumen doctorum & ſplendor, tibi ritè; viciſſim*
*Dum aſſociat Sponſam virtute & ſtemmate claram,*

 *Quam*

*Quam viduas huc usq́; tuas inducit in ædes,*
*Namq́; Dei dos eſt, ſanè & dos maxima, conjux,*
*Quæ genere & virtute ſimul pulchrè eſt decorata,*
*Hâc igitur de dote Dei ſummè Venerando, &*
*Magno Doctori, Sponſo, nunc pectore læto*
*Gratulor, atque Deo dilectis his neonymphis*
*Corporis ac animæ conſtantem exopto ſalutem.*
*Sit proſper Sponſus: ſit ſoſpes jugiter, & cum*
*Neſtoreâ ſponsâ vivat quoque Neſtoris annos.*

*Sic animitùs grat: ac precatur*

M. HIERONYMUS SIEVERT,
Paſt. Magd. ad Spr. S.

---

VIderat Euſebie cunctos intendere nervos
CALOVIUM Theologicis,
Nec jam more ſuo ſacra bella movere profesſis
Eccleſiæ tot Hoſtibus.
Sed verò, grave Martis opus, nova prælia Fratres
Verſare in ipſos ſubdolos,
Qui monſtrum Fidei è Creta mendace novellæ
Germaniæ nunc advehunt.
Ac ait: ô Æternæ Pater, qui ſemper es idem,
Hodieque Herique immobilis,
Si ſic in viduo tuus ac meus iſte Tribunus
Porrò laborabit toro,
Nec feſſum quotacunque levat recreatio robur,
Succumbet auſis ilicet.
Fac ruat in vegeti Senis unanimes amplexus
Uxor viciſſim candida,
Quæ vigili regat arte domum, Gnatum educet unum,
Virique foveat Spiritus,
Quò duret longum vis enthea, ſeque recentet
Aquilæ ſenectus regiæ, Dixit:

Dixit: & Omnipotens nutu tremefecit olympum ac,
Arriſit illi leniter,
Sic fatus: Fiet, quod me, mea Filia, poſcis,
Novis Athletam viribus
Inſtaurabo meum, curarum parte levabo;
Quos ſocia ſuccolet tori,
Quæ ſit virgo, alio nec nuptum paſſa marito,
Genereque clara & indole,
Pura animi CATHARIS, mentisque quiete ſerenæ
ELISABETHA nobilis.
Hanc nexu jungam ſtabili, propriamque dicabo,
Votum apprecatus efficax.
Ut dictum factum! Datur hinc Tibi, Magne CALOVI
Marita, Gnata NESTORIS.

---

Hanc quintum Sponſam, divino munere cœli
Prenſâ proin gratiâ manu.
Hæc erit exacti ſolatrix blanda laboris.
Et pauſa felix luctuum,
Hæc olim pulcrâ faciet Te prole Parentem,
Amplumque producet genus.
Hæc animos in bella mares plus plusque ciebit,
Novumque reddet Neſtorem.
Tu ſaltem ne cede malis, ſed fortiùs inſtans
Hære hoſtium cervicibus.
Excipiet victrix tot agonas palma ſubindè,
Pugnæ Corona erit comes.
Quos obnitentes mediâ proſternis arenâ,
Clamant, tuas faſſi manus,
Dant victi ſua terga fugæ, ſed ſpicula retrò
Calumniarum miſſitant:
Tu rides fremitus. Generoſi fibra Leonis
Nil curat ululatus lupi.

*Præceptori, Promotori, Affini Meritiſſimo, Humaniſſimo, officii causâ F. Magdeburgi*

SAMUEL POMARIUS, SS. Th. Lic.
ad D. Jacobi Paſtor.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-89490-p0009-1

Federa CALOVIUS thalami quando nova jungit
*Neſteriâ* cum Virgine
A Domino factum, qui novit corda moverẽ:
Hic omnium rerum Arbiter
Illius in formam beet opto torum *Pater Abras*
Quem cum *Cethura* nexuit,

*Sic paucâ Magno Patrono magnum Affectum cum obſervantia inter occupationes non-unas debuit Laudatiſſimæ Sponſæ Affinis*

M. JOHANNES THöNNIKER,
Diac. apud Jeſſenenſ.

---

# *VOTUM NUPTIALE*
## *Numero DEUS impare gaudet.*

Klar ſaget Gottes Wort; Gott ſchlägt und heilet Wunden/
Das habt/ Herr Doctor/ Ihr in Warheit wohl empfunden:
Ach! Ach! welch Wundenmahl/ ach was für Hertzensriß
Schlug Gott/ da er viermahl/ die Liebſten ſterben ließ.
Gott aber/ der da ſchlägt/ der heilt auch wieder Wunden/
Das Pflaſter iſt bereit/ ietzt wird damit verbunden
Dem ſeine Gütigkeit des Hertzens halben Theil
Das vor war weg/ erſetzt/ es iſt ſchon wieder heil.
Ein recht und liebes Hertz iſt wiederumb gegeben/
Mit der in Freuden er zubringen kan ſein' Leben/
Sie wird mit Freundligkeit ihm ſtetz entgegen gehn/
Sie weiß auch recht und wohl der Wirthſchafft für zuſtehn.

Er

Er wird ihr ſicherlich ſein Gut vertrauen können/
Er ſey auch wo er woll/man mag ſie billig nennen/
Ein reiches Kauffmañsſchiff/ſo theure Wahren führet
Wie Gottes Wort die preiſt/bey der man Wirtſchafft
ſpühret. (den
Drum̃ iſt und bleibt es wahr: Gott ſchlägt uñ heilet Wun-
Nu Gott der euer Hertz erſt neulich hat verbunden/
Der ſey forhin mit euch/und weil das Hertz geheilt/
So bleib es/weil ihr lebt/hinführo unzertheilt:
Dieß wüntſchen wolſtu Gott im hohen Himmel hören!
Und was du ihnen giebſt/mit reichen Segen mehren/
Euch ſchein der Sonnen Liecht/wo ihr zu finden ſeyd/
Und das verdiente Lob verſterb mit keiner Zeit.
Mehr kan ich ietzo nicht euch mein Herr Doctor bringen
Als dieſen Hertzenswuntſch/daß er mag wohl gelingen
Wohl Euch und auch wohl Ihr/was nach des Höchſten
Rath/
Und guten wohl bedacht dis Paar geſchloſſen hat.
O HErr dein Segen gieb/daß alles gleich von neuen
In Doctor Calovs Hauß/ſich wieder mög erfreuen
Und eins geſtillet werd der trübe Thränen Bach/
Der vierer Mütter Todt ſo ſtarck gefolget nach.
Der Vater tröſte ſich/und die in Wäyſen Orden
Ohn treue Mutterſorg bißher gelaſſen worden/
Umbarme groſſer Nutz/ſo daß erfreuet werd
In ihrer tieffen Grufft der Mütter Aſch und Erd.

*Plurimùm Reverendo Domino Sponſo, Patrono & Fautori ſuo honoratiſſimo cum omnigenæ proſperitatis & benedictionis voto fecit*

SAMUEL JESTERUS, Senior Eccl. Svidnicenſ. Paſt. ord. & Super. Jeſſ. Adj.

B An

# An die Jungfer Braut.

JSt das Verlangen nun O Wertheſte geſtillet
Und wohl verſorgt zu ſeyn nach Jhren Wuntzſch
erfüllet/
Wird Sie zufriedẽ ſeyn/weil Sie des Höchſtẽ Schluß/
Der längſten iſt gemacht/ anitzo folgen muß.
Nichts angenehmes iſt im Vaterland geweſen
So zur Verknüpffung Sie Jhr können außerleſen/
Des Sachſens groſſe Stadt der Teutſchen ihr
Pariß
Hat ihr gefallen ſchlecht/nichts funde ſich ſo ſüß
Das Jhren Tugend-Sinn mit lieben möcht beſtreiten/
Es wurden gar veracht die ſchönſten Liebligkeiten
Und da Sie gleich zuletzt beym ſchwartzen Elſter-
Strand
Durch Jhr verdientes Lob ſich machte ſehr bekant/
Daß gegen Sie entbrand die anbegrentzten Hirten/
Doch ſahe Sie nicht an derſelben grüne Myrten/
Sie läſt nur eintzig ſich begnügen mit dem Lohn
Den man durch Gottesfurcht und Tugend trägt
davon.
Jch wüntzſche Glück darzu / es müſſe beym Elbinnen
Hinfort die Clohto feſt den Lebensfaden ſpinnen /
Und daß/wie alles hier höchſtſelig ſich erweiſt/
Sie dort in jener Welt auch ſelig ſey gepreiſt.

Eiligſt legte mit dieſen ſein Ob-
liegen ab

M. H. J

In

## In Par Conjugum conſummatiſſimum!

NESTERAM in ſocios traxit CALOVIUS ignes
Cujus vix usquam viderat ora prius.
Scilicet ut lateri hîc quæ ſola ſimillima juncta eſt,
Occupet à Primo Prima beata gradum.
Bono omine cultuq́; obſervantisſimo
addidit
G. G. ECCARDUS.

DV außerwehltes Paar / was hatt dein GOtt
geſtifft?
Was ſolſt Du? ſolſt Du nicht ein ewig Bündnüß
ſchlieſſen /
Daß keine Zwietracht theilt / noch Leid noch Zufall
trifft;
Ob DEINE Jahre gleich zu hunderten verflieſſen?
Ja wohl! Geh / füge DICH / Es will Sein holder
Mund
Auff DEIN erhörtes Wort / DICH ſelbſt zuſammen
ſprechen
Was wüntſcht DU DIER denn mehr? knüpfft
JESUS DEINEN Bund /
So mag ihn gar genau der Tod im Tode brechen!
Aus unvergeßlicher Schuldigkeit bey-
gefüget von
T. Peterſelln.

WAs ſol doch wünſchen Ich / das möge wohlgefallen
Herr Großer Vater Euch? Soll ich mit meinen lallen
Auch Euer Hochzeit-Feſt verehren nach Gebühr?
Ja / ja. Ich wünſche nur: Gott wolle für und für
Bekröh-

Bekröhnen Euer Hauß mit ſeinen Himmels-Seegen!
Er treibe Trauren ab von allen Euern Wegen!
Lebt friſch/ Lebt fruchtbarlich/ lebt ſeelig/ wie Ihr lebt/
Diß iſt mein höchſter Wunſch/ den Ihr euch ſelbſten gebt.

Mit dieſen hertzlichen Wunſch beehrete ſeines Herrn
Großvaters Hochzeitliche Ehren und Freuden Feſt
Johannes Abraham Deutſchmann.

---

UNd ich der Kleineſte/ der noch gar zahrt von Jahren/
Der in der Wiſſenſchafft der Künſte nicht erfahren
Solt' itzund billig/ Herr Großvater/ laſſen ſpühren
Mein Kindliches Gemüth/ und dieſes Feſt auch ziehrn.
Doch thu ich einen Wunſch/ Gott wolle Ihn erhalten/
Der reiche Segens-Herr woll über Ihn ſtets walten/
Sambt Seiner liebſten Braut/ damit in ſtiller Ruh
Sie Ihre Lebens-Zeit geſegnet bringen zu!

Mit dieſen hertzlichen Segens Wuntſch wolte ſeines Herrn
Großvaters angeſtellten Freuden Tag beehren.
Polycarpus Leiſer.

---

KAn auch mein zarter Sinn
Sich in die höhe ſchwingen/
Daß er zum Himmel hin
Den Wunſch vermag zu bringen?
Die Lipgen freuen ſich zu lallen
Den lieben Eltern zugefallen.
GOTT ſegne dieſe Zeit
Mit himmliſchen Gedeyen/
Daß ich durch trübes Leid
Mich hinfort kan erfreuen:
Ja Neſtors Jahre müſſen weichen
Sich mit des Vaters zuvergleichen.

Seinem Hertzgeliebſten Herrn Vater wünſchete dieſes
im Hertzen beym angeſtelleten Hochzeit Feſt
Abraham Calovius.

(o)

Zd 198

ULB Halle 3
002 040 255

Sb

VD 17

n.c.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-89490-p0015-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-89490-p0016-6

24. 21

SA

PRO FELICISSIM … S

*SUMME REVEREN … SSI-*
*MI, E*

# DN. D. A … M

# CA

Theologi de Univerſ … ni, &
adhuc per Dei Gratiam opti … e Prin-
cipis, Profeſſoris itidem in Aca … tiſſimi,
Paſtoris ibidem & Superin … onſi-
ſtorii Eccleſiaſtici A
cultatis p

*Domini Patroni, P … ris*
*max*

ET

*NOBILISSIM*

# CATHARIN … IÆ

*NOBILISSIM*

B. DN. JOHA … IS,

Medic. D. Celeberrin
antehac A
F

*AD DIEM*

Piis Votis at

*FAUTORE*

---

*WI*

Typis JOHA

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-89490-p0017-2